6. [48<sup>rb</sup>] De beata virgine Maria quod fuerit mulier... Circa quam periclitantur patareni miserabiliter ipsam negantes feminam fuisse et per consequentiam matrem esse dei minime recognoscunt, delirant namque blasphemantes ipsam esse angelum nomine Marinum...<sup>22</sup> [49<sup>va</sup>] Sunt autem inter eos alii qui dicunt ipsam mulierem fuisse, qui tamen negant, sicut et alii, Christum de ipsa carnem traxisse<sup>23</sup>.

7. [50<sup>ra</sup>] De beato Iohanne baptista quod fuerit bonus et salvus et quod fuerit et angelus bonus annuntiator eius. — Quoniam beatus Iohannes baptista precursor fuit filii hominis, prius de ipso discutiamus. Quem quida m<sup>24</sup> ex patarenis blasphemant fuisse diabolum quemdam, quida m autem ex illis delirant[es] quod fuerit unus de spiritibus salvandis credunt quod fuerit spiritus helie qui non fuerit tunc salvus, sed in fine [50<sup>rb</sup>] mundi salvabitur, et dicunt isti quod ipse missus a diabolo ad impediendam viam Christi. Alii<sup>25</sup> vero garrunt quod fuerit angelus bonus a deo missus. In hoc tamen omnes concordant quod non fuerit [homo], sed angelus. De angelo vero annuntia-

<sup>18</sup> Jean de Lugio et les Albanais en général; cfr. Sacconi, 75; Burci, Aevum 19 (1945) 324; Moneta, 75 ss., 179, 208.

<sup>19</sup> ms.: *prophetarum*.

<sup>20</sup> Sur le rejet intégral ou partiel de l'Ancien Testament chez les cathares cfr. Sacconi, 71, 75, 76; Moneta, 3, 5-6, 218; Schmidt, Histoire, II, 23, 61, 65; H. - Ch. Puech, A. Vaillant, Le traité contre les Bogomiles de Cosmas le Prêtre (Travaux publiés par l'Institut d'Etudes slaves 21), Paris 1945, 168-172. Brevis summula, éd. Douais, 116.

<sup>21</sup> Représentants du dualisme mitigé; cfr. Moneta, 6, 218.

<sup>22</sup> Cfr. Burci, Aevum 19 (1945) 313; Sacconi, 71, 76, 77; [Georgius], Disputatio inter Catholicum et Paterinum haeticum, ed. E. Martène - U. Durand, Thesaurus novus anecdotorum, V, Lutetiae Parisiorum 1717, 1722.

<sup>23</sup> La plupart des dualistes mitigés de Concorezzo admettaient que le Christ avait reçu sa chair de la Sainte Vierge; cfr. Sacconi, 76; de même quelques cathares de Bulgarie; cfr. Moneta, 248. Brevis summula, éd. Douais, 125.

<sup>24</sup> Cfr. Sacconi, 71, 76; Moneta, 227 ss.; [Georgius], Disputatio, 1724.

<sup>25</sup> Les dualistes mitigés récents de Concorezzo; Sacconi, 76; Moneta, 231.

tionis <sup>26</sup> ipsius quidam aiunt ipsum bonum, quidam vero ipsum malum fuisse <sup>27</sup>.

8. [53<sup>rb</sup>] De Christi humanitate. — Circa humanam naturam Christi variis erroribus naufragantur patareni. Quidam enim illorum delirant quod ipse attulit carnem de celo, non de omni natura, quem errorem traxerunt a Marcionistis et... <sup>28</sup> qui antiquitus hoc disseminarunt. Alii vero latrant quod nullam carnem habuit in veritate, nisi quia videbatur homini <sup>29</sup> et hanc dementiam habent a Manicheis et Valentinis qui in hac doctrina falsa tenuerunt <sup>30</sup>. Sunt et alii <sup>31</sup> inter eos qui demoniace locuntur dicentes usque ad crucem sine passione in carne humana [fuisse], sed tunc transfiguratus fuit ponens quemdam demonem ad passionem loco sui; et hoc est unum de suis secretis et hanc pestilentiam subriperunt a Saracenis qui ita blasphemant. In quem errorem pestiferum ducti sunt Nestarii simul cum Iacobitis. Sunt et alii inter eos qui estimant Christum [53<sup>va</sup>] non tantum [semel], sed etiam pluries mortuum fuisse, adeo ut dicant quod in [unoquoque] ex VII <sup>32</sup> celis fuerit passus et occisus... <sup>33</sup>

De anima vero Christi sunt similiter dissentientes. Quidam <sup>34</sup> enim illorum dicunt quod nullam habuit animam humanam, quam sectam perditionis tenent traditam [ab] Apolinaristis. Sunt et alii qui garrunt de illis quod in ipso fuerint duo spiritus, simul a principio mundi vel ante creati, quorum unum proprie spiritum vocant.

9. [62<sup>va</sup>] Quod lucifer de aliquo loco non ascendit in celum et quod angeli qui ceciderunt sunt eternaliter dampnati. — Dictum est supra de causa salutis que fuit humanitas Christi. Nunc autem videndum est quibus non profuit et quibus ante fuerit effectuosa et primo de illis quibus nullius fuit utilitatis, hoc est de cacodemonibus circa quos patareni mortaliter errant, tam in uno capitulo diversi diversa sentiunt sicut et in ceteris faciunt om-

<sup>26</sup> ms.: *annuntiatione*.

<sup>27</sup> Cfr. Moneta, 225 s.

<sup>28</sup> ms. add. *unus* (?)

<sup>29</sup> ms. *homine*.

<sup>30</sup> Sur les différentes formes de docétisme professé par les cathares cfr. Burçi, *Aevum* 19 (1945) 313-4; Sacconi, 71; Moneta, 5, 6, 233, 246-8; [Georgius], *Disput.*, 1705. Au temps de Sacconi les cathares de Concorezzo admettaient en général que le Christ avait reçu sa chair de la Sainte Vierge; cfr. Sacconi, 76.

<sup>31</sup> Une doctrine semblable est professée par les cathares de Bagnolo: « Christus non fuit homo, sed videbatur homo. Nec mortuus est, sed visus est mori. Quemdam enim demonem in sui speciem mutavit, quem crucifigi fecit ». [Georgius], *Disputatio*, 1748; cfr. *Aevum* 14 (1940) 136 s.

<sup>32</sup> ms.: *h'*.

<sup>33</sup> D'après Jean de Lugio toute la vie et la passion du Christ se sont déroulées dans le monde supérieur; Sacconi, 75.

<sup>34</sup> Les dualistes mitigés de Concorezzo; Sacconi, 76. « Quidam enim Cathari, videlicet Sclavi, negant eum habere animam ». (Moneta, 260).



nibus. Quidam<sup>85</sup> enim illorum autumnant quod diabolus ascendit de sua terrestri habitatione cum angelis suis per pre[62<sup>v</sup>b]lium fortissimum, facta strage occisorum hinc inde non modica et sanguinis effusione in tanta quantitate diffusa quod usque ad frenos equorum inundabat. Dicunt enim quod angeli habebant corpora que sunt ibi prostrata et aiunt quod diabolus in illo casu traxit tertiam partem bonorum angelorum in terram. Et nota quod isti dissentiunt de ascensu diaboli<sup>86</sup> et de casu angelorum. Et de ascensu eius dicunt quidam ex eis quod diabolus ascendit in celum deo ignorante, quidam autem quod deo sciente et non valente illi resistere; alii vero quod deo sciente et consentiente. De casu angelorum dicunt quidam eorum quod diabolus traxit illos violenter, deo penitus non valente defendere illos; alii vero adsunt in contrarium, scilicet quod per deceptionem eos adduxerit permittente deo; alii<sup>87</sup> vero qui negant duo esse principia, scilicet tam illi qui dicunt diabolum esse natum in machina mundi quam illi qui dicunt eum in celo a deo creatum simul opponuntur quod deus preposuerit eum aliis angelis in prelatum,<sup>88</sup> sed quia male se habuit in illa prepositura volebat eum eicere deus et ille petiit a deo misericordiam, sed eo postea se non corrigente per prelium magnum eiectus est a deo cum omnibus [63<sup>r</sup>a] angelis qui eum diligere videbantur. Et iste eiectus in machina mundi fabricavit in ea duo corpora humana, sed cum per XXX annos vitalem spiritum istis corporibus infundere non posset, deus duos angelos de suis qui diabolum occulte diligere videbantur ad preces illorum et diaboli concessit eidem, premonens eos ut a dormitione caverent ne post soporem viam revertendi traderent oblivioni. Quibus ipse promisit quod si ipsi dormirent, quod post VI milia annorum ad illos liberandos transmitteret. Qui venerunt et dormierunt et errantes per corpora Ade et Eve et Enoc et Noe et Abraam et patriarcharum et omnium prophetarum errantes nunquam salutem reperire potuerunt. Deinde in Symeone et Anna secundum promissionem in paradiso factam salvati sunt in adventu Christi. Unde Symeon dixit: Nunc dimittis servum tuum, domine, secundum verbum tuum in pace etc. Sic etiam omnes spiritus qui de celo ceciderunt in diversa corpora intrant et salvantur in fide patarenorum et si non salvantur in uno corpore, intrant aliud, donec veniant ad salutem.

Sunt tamen alii qui inter istos qui distinguunt subtiliter inter angelos delinquentes. Dicunt enim quod quidam eorum erant capita ordinum

<sup>85</sup> Les Albanenses; cfr. Burci, *Aevum* 19 (1945) 313, 335; Sacconi, 71; Moneta, 4, 36; *Brevis Summula*, éd. Douais, 117.

<sup>86</sup> Cfr. Moneta, 41 s.

<sup>87</sup> Cfr. Burci, *Aevum* 19 (1945) 292, 314, 339; Sacconi, 76; Moneta, 110; Puech-Vaillant, *Le traité contre les Bogomiles*, 181 ss.

<sup>88</sup> Pour ce qui suit voir un récit identique – emprunté probablement à la même source – et débité par le cathare (du groupe de Bagnolo) chez [Georgius], *Disputatio*, 1719 s.

qui voluntarie diabolo consenserunt et istos dicunt nunquam posse salvari, alii vero fuerunt inter [63<sup>ab</sup>] eos quos<sup>39</sup> dixerunt minores, quos dicunt omnes more supradicto debere salvari.

Et actende lector quod patareni predicti in quatuor dissentiunt circa factum angelorum de celo ruentium et in tribus consentiunt simul. Dissentiunt autem in ascensu luciferi, quia qui dicunt duo esse principia, dicunt eum de terrestri habitatione in celum ascendisse, alii vero negant. Secundo dissentiunt in casu angelorum, quia primi dicunt tertiam partem angelorum dei per diabolum de celo in terram tractam, alii vero dicunt deum illos deiecisisse, in hoc ipso dissentientes prout superius posuimus. Tertio vero dissentiunt in quantitate preliorum, quia quidam dicunt multa fuisse prelia inter angelos et inter deum et luciferum<sup>40</sup>, quidam vero tantum unum fuisse fatentur. Dissentiunt et in quarto, scilicet in statu spirituum in celo prius existentium, quidam<sup>41</sup> enim illorum dicunt quod erant spiritus et anime et corpora in illis; spiritus dicunt in aerem cecidisse, animas vero in terram et corpora in celo remansisse prostrata et dicunt quod spiritus vadunt per aerem querendo animas suas et quando cognoscunt illas confortant eas ut faciant vitam patarenorum et tunc faciunt eam et salvantur. Alii vero dicunt quod non fuerunt nisi spiritus qui et anime nuncupantur et de corporibus in celo prostratis nichil credunt. Item quidam ex illis dicunt quod deus et diabolus creaverunt [63<sup>va</sup>] angelos et animas, quidam vero quod tantum angelos. Consentunt autem omnes prelium in celis fuisse et angelos deiectos esse salvandos et quod per diversa transeunt corpora et ita in hoc articulo sicut et in aliis ducuntur per diversas et diabolicas fantasias.

10. [69<sup>va</sup>] Quod spiritus humani cotidie de novo creantur neque veniunt ex traduce neque transeunt de corpore in corpus et quod sancti homines finita vita corporis ascendunt in celum cotidie.— Dictum est supra de angelis apostatis quibus non profuit humanitas Christi. Nunc autem videndum est de hominibus qui per ipsam veraciter redempti sunt et primo dicendum est de animabus, circa quarum statum patareni videntur errare tripliciter, scilicet in creatione ipsarum et incorporatione atque in glorificatione. Verumptamen in primis duobus diversimode sentiunt ad invicem. De creatione vero illarum, quia omnes anime, sive sint angeli sive non, fuerunt create simul a principio mundi sive a deo et diabolo sive [69<sup>vb</sup>] a deo tantum<sup>42</sup>, secundum

<sup>39</sup> ms.: *qui*.

<sup>40</sup> ms. add. *dissentiunt*.

<sup>41</sup> Les Albanenses; cfr. Burci, *Aevum* 19 (1945) 313, 321; Moneta, 105 s.

<sup>42</sup> Cette dernière doctrine est attribuée par Sacconi aux cathares de Bagnolo: « dicunt quod animae sunt creatae a deo ante mundi constitutionem et quod tunc etiam peccaverunt ». Sacconi, 77. Cfr. [Georgius], *Disputatio*, 1720; *Aevum* 14 (1940) 135.

diversas in hoc ipso sectas eorum. Alii<sup>43</sup> vero ex ipsis dicunt quod spiritus humani a deo et diabolo ex traduce fiunt. Alii<sup>44</sup> tamen inter illos dicunt omnes spiritus esse eternos.

De incorporatione vero spirituum dicunt quidam<sup>45</sup> ex predictis hereticis quod omnes vadunt de corpore in corpus et quod debent salvari; si non salvantur in illo corpore, vagantur<sup>46</sup> per diversa corpora, donec faciendo vitam illorum in aliquo salvantur. Et dicunt isti quod spiritus intrant omnia corpora animalium. Alii vero dicunt ex illis quod licet spiritus transeant per diversa corpora, quod non tamen intrant corpora animalium nisi domesticorum et habentium sanguinem<sup>47</sup>.

De glorificatione vero animarum autumant omnes patareni quod nulle sanctorum anime ascendant in celum usque ad finem mundi<sup>48</sup>.

Quorum primum errorem traxisse videntur ab Orrigine qui dixit animas simul a principio mundi esse creatas, alium vero deduxerunt ab antiqua heresi Luciferianorum qui dixerunt animas ex traduce provenire, tertium autem errorem videntur contraxisse a quibusdam philosophis antiquis qui dixerunt omnes spiritus rationales fuisse eternos. Quartum vero acceperunt, scilicet de transitu spirituum de corpore in corpus, a Pictagora philosopho qui hoc dicere non erubuit. [70<sup>ra</sup>] Quintum autem errorem ipsi ex se adinvenerunt.

II. [74<sup>vb</sup>] De resurrectione corporum mortuorum. — Improbatis erroribus patarenorum in superiori tractatu quem habent [circa] statum humanorum spirituum, sequitur in presenti reprobare dementiam eorum quam tenent circa corporum resurrectionem. Dicunt enim quod ista corpora visibilia que hic gestamus nunquam debeant resurgere, addentes quidam ex eis quod deus nova corpora sit facturus electis in quibus debeant remunerari secundum

<sup>43</sup> Les dualistes mitigés de Concorezzo; cfr. Burci, *Aevum* 19 (1945) 314; Sacconi, 76. D'après Burci, les Pauvres lombards admettaient également le traducianisme; cfr. *Aevum* 19 (1945) 340 s.

<sup>44</sup> « Omnes creaturae sunt ab aeterno, bonae creaturae cum deo bono et malae cum malo deo ». Ainsi Jean de Lugio, chef des dualistes absolus; cfr. Sacconi, 73. « Adhuc dicunt quod ille malus princeps fecerit seu creaverit innumerabiles animas tunc, quando dicta elementa divisit et ordinavit vel animavit; alii eorum dicunt et oppinantur quod non fecerit vel creaverit illas animas, set sine initio illas semper fuisse putant ... Item, dicunt et credunt seu intelligunt quod idem pater sanctus creavit seu fecit innumerabiles animas ab aeterno ». *Brevis Summula*, éd. Douais, 116. Cfr. Burci, *Aevum* 19 (1945) 335.

<sup>45</sup> Les dualistes absolus; cfr. Burci, *Aevum* 19 (1945) 335; Sacconi, 75; Moneta, 61. De même les cathares de Bagnolo; cfr. [Georgius], *Disputatio*, 1720; *Aevum* 14 (1940) 134 s.

<sup>46</sup> ms.: *variantur*.

<sup>47</sup> Les cathares français limitaient ces corps à ceux des oiseaux et des quadrupèdes; cfr. Schmidt, *Histoire et doctrine*, II 46. Cfr. Sacconi, 71.

<sup>48</sup> Sacconi (*Summa*, 77) attribue cette doctrine à Nazarius, évêque des dualistes mitigés de Concorezzo. Cf. Moneta, 375 s. Voir aussi Schmidt, *Histoire et doctrine*, II, 47 ss., 75 ss.

uniuscuiusque merita vite. Alii<sup>49</sup> autem autumnant quod fuerunt quedam corpora [75<sup>r</sup>a] illorum qui ceciderunt de celo ibidem prostrata in prelio magno, que dicunt debere resurgere in fine mundi. Sunt et alii<sup>50</sup> inter illos qui dicunt nullas animas bonas vel malas habituras esse corpora carnis in celo vel in inferno.

12. [78<sup>v</sup>a] Quod erit iudicium universale et quod mundus destruetur secundum formam exteriorum et non secundum essentiam suam et quod infernus est et erit alibi quam in mundo isto. — Post resurrectionem corporum sequitur videre de iudicio universali ac de fine mundi et de loco inferni, que sunt comitantia corporum resurrectionem<sup>51</sup>. Circa que sepe dicti heretici errant diversimode. Dicunt namque quidam<sup>52</sup> ex illis quod nullum debet unquam fieri nec universale nec particulare, sed cum ascenderit in celum omnes salvandi in adventu dei, quem dicunt debere venire pro illis, tunc stabit ita mundus in peccatoribus sicuti nunc est et intrabunt spiritus de corpore in corpus et erunt ita homines et mundus semper sicuti nunc sunt et de inferno nichil credunt. Alii<sup>53</sup> vero aiunt quod iudicium singulare cotidie fit, sed de universali nichil credunt, sed dicunt quod cum essent salvi omnes qui debent salvari, tunc deus ponet ignem in mundum et comburetur totus ita quod nihil de ipso remanebit et peccatores erunt in inferno. Alii autem credunt quod mundus debeat comburi ita quod semper sit et dicunt quod ibi cruciabantur mali et non erit alius infernus, quia mundus semper ardens infernus erit. Alii<sup>54</sup> vero referunt quod tantum secundum formam exteriorum comburendus sit mundus quem dicunt esse a diabolo. De iudicio ergo universali concordant omnes pateteni quod non debeat fieri, de iudicio vero singulari utrum fiat vel non fiat et de inferno utrum vel non sit et ubi sit et de mundo quomodo sit destruendus, sunt divisi<sup>55</sup>.

13. [80<sup>v</sup>a] Quod peccata et supplicia et merita non fiunt equalia. — Dicitur est supra de iudicio. Sequitur videre de meritis et premiis secundum que

<sup>49</sup> Les Albanais; cfr. Burci, *Aevum* 19 (1945) 319; Sacconi, 75; Moneta, 353.

<sup>50</sup> Les cathares de Concorezzo; cfr. Burci, *Aevum* 19 (1945) 339. Moneta (p. 355) résume ainsi la doctrine des dualistes mitigés: « quorum opinio est, animam esse corpus spirituale, carnem vero dicunt corpus animale, et ideo ubicumque corpus spirituale resurrecturum dicitur, animam tantum intelligi volunt ».

<sup>51</sup> ms.: *comitentia corporum resurrectioni*.

<sup>52</sup> Les dualistes absolus qui enseignent la migration des âmes et nient l'existence de l'enfer qu'ils identifient avec ce monde. Cfr. Schmidt, *Histoire et doctrine*, II, 47 ss.

<sup>53</sup> D'après les dualistes mitigés les âmes ne seront pas sauvées toutes et il y aura un enfer. Cfr. Schmidt, *Histoire et doctrine*, II, 75 ss. D'après les Bogomiles un feu sorti des entrailles de la terre engloutira Satan et sa milice, qui seront jetés dans le lac de feu où sont plongés les pécheurs. Cfr. Puech-Vaillant, *Le traité contre les Bogomiles*, 211.

<sup>54</sup> Les dualistes mitigés; cfr. Moneta, 382.

<sup>55</sup> ms.: *diversi*.

et de quibus fiet iudicium. Ubi sciendum quod patareni <sup>56</sup> dicunt errando quod peccata et supplicia [et merita] sunt equalia.

14. [82<sup>rb</sup>] De septem ecclesie sacramentis. Quomodo et qualiter spiritus sanctus datur. — Tractavimus supra de articulis fidei et de erroribus quos habent patareni circa illos, excepto de illo articulo, scilicet credo in sanctam ecclesiam catholicam etc., quem dimittimus ex certa scientia in librum tertium, ubi agitur de communibus erroribus hereticorum, [eo] quod omnes circa illum naufragium patiuntur. Subsequenter autem videndum est de VII ecclesie sacramentis et quomodo et qualiter spiritus sanctus datur in illis. Ubi sciendum est primo quomodo katari errent circa ista. Dicunt enim non esse nisi duo sacramenta fidei, scilicet manus impositionem, quam confirmationem appellamus et manus impositionem que fit in sacrorum ordinum datione. Et sunt *quidam* ex eis qui non nisi unum sacramentum ipsam vocant habentem officia duo. Cetera vero negant sacramenta et per consequentiam asserunt quod in eis non datur spiritus sanctus.

De datione vero spiritus sancti equaliter <sup>57</sup> errant. Dicunt enim quod essentialiter datur et ab homine et in his concordant omnes. Quotiens autem detur, discordant ad invicem quia *quidam* <sup>58</sup> dicunt quod nunquam datur nisi semel et quod semel datus nunquam potest amitti <sup>59</sup>. Alii <sup>60</sup> vero dicunt quod pluries potest [82<sup>va</sup>] dari, potest perdi et iterum recuperari.

16. [90<sup>ra</sup>] Sequitur de manus impositione in qua datur spiritus sanctus ad confirmationem recepte gratie baptismalis in qua quadrupliciter infatuantur patareni nefandi. Primo quia dicunt sine illa nullum aliquo modo posse salvari, secundo quia delirant in ipso spiritum sanctum dari ad peccatorum remissionem, tertio quia auptumant in ipsa per homines dari spiritum sanctum, quarto vero quia putant quod ipsa possit per alios quam per episcopos fieri <sup>61</sup>.

17. [92<sup>rb</sup>] De sacramento penitentie. — Sequitur de penitentie cuius tres sunt partes scilicet contritio, confessio et satisfactio, circa <sup>62</sup> quas omnes errant patareni. Sed quia de confessione omnes errant heretici, dimittimus eius tractatum in tertium librum. De contritione vero duobus modis errare videntur de quibus in hoc tractatu discutiemus. Primo quia dicunt non esse illam habendam [92<sup>va</sup>] nisi de peccatis que dicunt se in celis commisisse; secundo vero quia delirant se tria in celis habuisse, scilicet corpus et animam

<sup>56</sup> C'est-à-dire les dualistes mitigés; cfr. Burci, *Aevum* 19 (1945) 320, 338; Moneta, 383. Les Albanenses, au contraire, enseignaient « quod quisque restituatur in statum pristinum, non tamen propriis meritis, et quod in utroque regno, dei scilicet et diaboli, alii aliis sunt maiores ». (Sacconi, 66).

<sup>57</sup> ms. add. *detur et*.

<sup>58</sup> Cfr. Moneta, 274 s.

<sup>59</sup> ms.: *admitti*.

<sup>60</sup> Cfr. Sacconi, 70.

<sup>61</sup> Cfr. Sacconi, 65; Moneta, 293.

<sup>62</sup> ms.: *sarai*.

et spiritum. Corpus autem dicunt in celis iacere prostratum, animam vero dicunt in terram esse proiectam et cotidie ipsam de corpore in corpus pertransire, spiritum autem in aere pervagari donec animam suam in terris cognoscens alloquitur et confortat illam de penitentia patarenorum facienda et tunc anima cognoscens eius spiritus inspirationem, convertitur de peccatis que fecit in celis et per manus impositionem patarenorum vitam eorum faciens salvatur,<sup>63</sup> prout tetigimus supra in titulo de angelis de celo cadentibus, in principio. Verumtamen in istis duobus predictis ipsi diversa sentiunt ad invicem, alii alia sentientes et dicentes quod et de peccatis que commiserunt in terra oporteat eos habere contritionem et penitentiam facere et quod non habeant nisi unum spiritum qui anima dicitur.

Errant autem et in tertio circa contritionem, scilicet quod per ipsam sine manus impositione non possit aliquo modo aliquis salvari, prout hoc in superiori tractatu discussimus diligenter.

De satisfactione autem tandem credunt que de contritione diximus similiter et in illa ad invicem sibi contradicentes, preterquam de restitutione male<sup>64</sup> ablatorum, de qua concordant communiter omnes quod ad illam minime teneantur, quod usura nunquam sit mortale peccatum.

20. [99<sup>vb</sup>] De matrimonii sacramento<sup>65</sup>. — De matrimonio sicut de duobus superioribus sacramentis concordant patareni ad invicem preterquam de expositionibus scripturarum de ipso loquentium, in quibus sunt diversi diversa sentientes.

22. [106<sup>ra</sup>] De quorundam ciborum esu, scilicet carniū, ovorum et casei et huiusmodi in quibus patareni errant. — [106<sup>rb</sup>] Post tractatus articulorum et sacramentorum fidei sequitur novissime de quorundam ciborum esu, scilicet carniū, ovorum et casei et huiusmodi pertractare, in quibus patareni errare videntur, ut, sicut hunc librum incepimus a creatore, sic terminemus in creaturis eundem. Dicunt enim predicti peccatum esse comedere predicta cibaria. Quem errorem triplici ratione<sup>66</sup> vallare nituntur.

Prima est quia delirant quod cum<sup>67</sup> factum est prelium magnum in celo, quod tunc erant ibi mulieres quedam pregnantes que propter pressuram vel propter rotationem celi quam ferre non potuerant abortivos fecerunt et de illis canibus asserunt esse factas carnes bestiarum et volucrium et ideo, quia videntur fuisse de humana carne compacte, non esse comedendas dogmatizant. Hunc autem errorem traxerunt ab heresi manicheorum et est illud unum de suis secretis archanis.

<sup>63</sup> Doctrine des Albanenses.

<sup>64</sup> ms.: mala.

<sup>65</sup> ms. *matrimonio sacramenti*.

<sup>66</sup> Moneta (pp. 139-141) en signale cinq; la première raison signalée ici n'est pas mentionnée par les autres polémistes catholiques.

<sup>67</sup> ms.: non.

Secunda est quia putant quod bestie et volucres nate sint de peccato, eo quod de coniunctione sint nate, quam tam in brutis animalibus quam in hominibus adulterium communiter vocant.

Tertia est quia dicunt quod sunt incentiva ad carnalia vitia et ideo se abstinent ab illis ex voto propter maiorem abstinenciam et istam non credunt, tamen allegant ipsam coram illis quos simplices existimant esse.

[f. 109<sup>ra</sup>] Hereticus. Comprehensus ergo a tuis obiectionibus manifestabo tibi secretam secretissimam nostram, quam pauci etiam ex nostris consolatis sciunt, quia dicimus et credimus quod hec sit potissima ratio quare non comedimus carnes bestiarum et volucrum, quia in huiusmodi corporibus potuerunt habitare spiritus salvandorum, quos dicimus intrare diversa corpora animalium habentium sanguinem, et ideo comedimus pisces, quia non intrant in eos, cum careant sanguine.

23. [109<sup>rb</sup>. Liber II] De quinque aliarum heresim (!) propriis naufragiis, scilicet predestinatorum, circumcisorum, speronistarum, pauperum leonistarum ac rebatiçatorum <sup>68</sup>.

Diximus supra in superiori libro de patarenorum seu catharorum erroribus in quibus illi soli inveniuntur errare. Nunc autem in isto secundo dicemus de V aliarum heresim propriis naufragiis, scilicet predestinatorum, circumcisorum, speronistarum et pauperum leonistarum ac rebatiçatorum.

Et quia predestinati gravius aliis hereticis cunctis deviare videntur post patarenos, ideo iuxta illorum <sup>69</sup> tractatum primo discutiemus de ipsis. Ubi sciendum est prius quare dicuntur predestinati et quot sunt genera predestinatorum et in quibus capitulis errant et unde suorum errorum habuerint originem, consequenter vero ipsorum vesanias reprobabimus modo supra posito prosecuto.

Dicuntur autem predestinati, quia dicunt omnia venire sicut sunt preordinata vel predestinata, non quia sint ipsi predestinati ad vitam, sed, ut timeo, potius sunt ad mortem ex parte maiori prescripti. Sunt autem predestinatorum genera IIII<sup>or</sup>. Quidam enim sunt qui dicunt bona omnia preordinata esse a deo bono, mala vero a diabolo cuncta; quem errorem traxerunt a Simone mago et a manicheis qui hanc perfidiam disseminasse leguntur. Alii vero delirant omnia inferiora regi secundum motum et cursum siderum aliorumque corporum superiorum, etiam animam ipsam dum tegitur carne. Addunt etiam quod mundus sit eternus et quod Adam non fuerit primus homo. Quem errorem videntur traxisse ex dictis Aristotelis maxime, prout inferius in suis allegationibus patebit. Et sunt ex istis quidam qui dicunt quod deus mutat quandoque huiusmodi effectus qui per naturam cor-

<sup>68</sup> Dans le ms. de Florence cette rubrique diffère légèrement: « De erroribus predestinatorum, circumcisorum, speronistarum, pauperum lugdunensium et rebaptizatorum ». (83<sup>v</sup>).

<sup>69</sup> Ainsi le ms. de Pérouse; celui de Florence porte *aliorum*.

porum superiorum procedere debent. Tertium vero genus predestinatorum est illorum qui autumant bona et mala omnia a bono principio, id est a deo esse preordinata. Quartum vero genus est illorum qui blasphemant non esse angelos aliquos neque animas hominum ista vita finita. Cuius auctores stultitie Saducei primo fuerunt, quam postea mutatus est quidam nomine Arabs qui domatizavit cum complicibus suis animam cum carne finiri. Adiecit et quidam alius nomine Zeno cum discipulis suis quod post modicum intervallum carne preempta perimatur et anima. Et dicunt isti predestinati, qui proprie possunt vocari desperati, omnia ab eterno sic evenire et post finem anni quem magnum vocant [109<sup>vb</sup>] iterum renovari, quem dicunt in XXX milibus annorum usualium vel XV milibus consistere. De quibus desperatis adest multitudo in civitate Sodomorum...

Et primo videndum est de opinione illorum [predestinatorum] quam patareni <sup>70</sup> secuntur ut per hoc etiam totum quod illorum est proprium coniungamus; quam tam per rationes veridicas quam per sacras scripturas improbamus.

24. [118<sup>ra</sup>] De propriis erroribus circumcisorum qui gravius errare videntur quam alii heretici. — [118<sup>rb</sup>] Sequitur videre de propriis circumcisorum erroribus qui post patarenos et predestinatos inter nobis notos hereticos gravius errare videntur. Affirmant namque circumcisionem et sacramenta legis veteris pariter cum nove legis sacramentis ad litteram debere servari <sup>71</sup>.

25. [119<sup>vb</sup>] De erroribus speronistarum <sup>72</sup> quorum proprii sunt tres. Sequitur de erroribus speronistarum quorum proprii sunt tres. Primus est quod omnes homines portant peccatum Ade secundum carnem tantum et non secundum animam. Secundus est quod inaniter fit baptismus parvulorum et quod sine ipso salventur. Tertius est quod boni ante Christi adventum ascenderunt ad gloriam. Errant [120<sup>ra</sup>] autem in sacramento eucharistie cum patarenis, de quo diximus supra in primo <sup>73</sup> libro. Errant et in communibus <sup>74</sup> erroribus de quibus dicemus infra in libro tertio. Descenderunt autem isti a quodam iudice Placentino qui vocabatur Sperone a quo dicti sunt speroniste et exierunt uno eodemque tempore cum pauperibus

<sup>70</sup> L'auteur a en vue ici surtout les dualistes absolus, les Albanenses, qui niaient le libre arbitre, et il les associe avec raison à la première des quatre catégories de prédestinés cités ci-dessus.

<sup>71</sup> La secte des circoncis serait donc à distinguer des Passagiens qui rejetaient le baptême et l'eucharistie. Cfr. Ilarino da Milano, L'eresia di Ugo Speroni, 436-444.

<sup>72</sup> Sur Hugues Speroni et ses doctrines voir Ilarino da Milano, L'eresia di Ugo Speroni; pour la première erreur voir pp. 228 ss., 517 ss., pour la deuxième pp. 220 ss., 510 ss.; pour la doctrine sur l'eucharistie pp. 268 ss., 521 ss.; la troisième erreur n'est pas mentionnée ex professo dans la réfutation faite par Vacari.

<sup>73</sup> Ainsi le ms. de Florence (91<sup>r</sup>); celui de Pérouse porte: *secundo*.

<sup>74</sup> Ainsi le ms. de Florence (91<sup>r</sup>); celui de Pérouse porte: *omnibus*.



leonistis <sup>75</sup> et sunt in ritu vite illis <sup>76</sup> oppositi, quia leoniste vivunt absque proprio et de elemosinis et sine uxoribus, econtrario isti possessiones tenent et in matrimonio degunt. Quorum tres errores proprios confutamus per sacras scripturas.

26. [121<sup>rb</sup>] De pauperibus leonistis <sup>77</sup> quorum sunt IIII<sup>or</sup> errores proprii. — Sequitur de pauperibus leonistis quorum sunt IIII<sup>or</sup> errores proprii, scilicet quod unicuique bono viro liceat tractare et dare sacramenta <sup>78</sup> et quod nullus possit salvari cum possessionibus neque temporaliter laborando <sup>79</sup> neque reddendo carnale debitum in matrimonio et in hunc quartum errorem a paucis temporibus inciderunt <sup>80</sup>. Sunt autem fere LX anni <sup>81</sup> quod ista heresis pullulavit, que habuit originem a quodam nomine Gualdese de civitate Lugduni supra Renum <sup>82</sup> unde et isti dicti sunt lugdunenses seu leoniste. Et isti pauperes leoniste incepterunt sub ecclesia romana, sed postea per superbiam in contumaciam sunt deducti et excommunicati in multos errores sunt prolapsi et postmodum in duas partes sunt divisi <sup>83</sup>. Et unius predictus Gualdese constitutus est heresiarcha [121<sup>va</sup>], alterius autem quidam nomine Iohannes de Runcharolo <sup>84</sup> qui fuit Placentinus; et primi dicuntur pauperes ultramuntani, alii vero lombardi nuncupantur, et est divisio inter eos. Ultramuntani vero credunt quod multi boni homines sunt in ecclesia romana et quod malus prelatus seu sacerdos suo fungit officio,

<sup>75</sup> D'après Burci, l'origine des Spéronistes est de 10 ans plus récente que celle des vaudois. Cfr. *Aevum* 19 (1945) 317. Ilarino da Milano, *L'eresia di Ugo Speroni*, 42.

<sup>76</sup> ms. de Pérouse: *vel*; ms. de Florence: *illis*.

<sup>77</sup> D'une manière générale l'auteur désigne les vaudois sous le nom « pauperes leoniste »; cependant, d'après les erreurs qu'il leur attribue, on peut conclure qu'il vise spécialement les Pauvres lombards.

<sup>78</sup> Les vaudois italiens, dès 1218, tendaient vers cette doctrine tandis que les Pauvres de Lyon avaient une croyance plus proche de la foi catholique. Cfr. *Rescriptum*, ed. W. Preger, *Beiträge zur Geschichte der Waldesier im Mittelalter*, Abhandl. der hist. Cl. der kgl. bayer. Akad. d. Wissenschaften, Bd. XIII, Abt. 1, München 1875, 237 s. A. Dondaine, *Aux origines du valdéisme. Une profession de foi de Valdès*, *Archivum fr. Praed.* 16 (1946) 228.

<sup>79</sup> Pour la doctrine des vaudois primitifs sur ce point voir Dondaine, *Aux origines du valdéisme*, 211 s.

<sup>80</sup> Salvo Burci, qui écrit en 1235, relève aussi, mais moins catégoriquement, l'aveersion des Pauvres lombards pour le mariage. Cf. *Aevum* 17 (1943) 110 ss.; 19 (1945) 328.

<sup>81</sup> Ainsi le ms. de Florence (92<sup>v</sup>); celui de Pérouse porte; *tribus annis* Salvo Burci dit « circa LX annos »; cfr. *Aevum* 19 (1945) 316.

<sup>82</sup> En réalité il faudrait: supra Rhodanum.

<sup>83</sup> En 1205, d'après Burci; *Aevum* 19 (1945) 317; cfr. 17 (1943) 97.

<sup>84</sup> Burci dit qu'il a connu Jean de Ronco; *Aevum* 19 (1945) 328. Sur le premier chef des Pauvres lombards cfr. *Aevum* 17 (1943) 96 ss.

quibus lombardi contradicunt <sup>85</sup>. Lombardi etiam <sup>86</sup> postea in duas partes fuerunt divisi in quodam concilio in terra Mediolanensi habito <sup>87</sup>, occasione cuiusdam sciphy magni de vino pleni quem sparserat <sup>88</sup> quedam gallina, quod predictus Iohannes more suo sacrificaverat et mulieres istorum sub propriis pedibus calcaverant. Quod quidam ipsorum videntes indignati dixerunt quod nullus poterat sacrificare corpus et sanguinem Christi nisi esset sacerdos ab ecclesia romana institutus; et isti vocati sunt illi de prato, quorum pars penitus est abolita <sup>89</sup>.

Horum autem pauperum leonistarum tam ultramontanorum quam lombardorum quidam quodam tempore cum Bernardo Primo ad fidem catholicam fuerunt conversi <sup>90</sup> et isti dicti sunt pauperes reconciliati. Sed postea admoniti a summo pontifice intraverunt ordines ecclesie. De quibus aliqui in nostro ordine <sup>91</sup> usque in hodiernum diem religiose perseverant et aliqui dormierunt in domino.

Predictorum autem hereticorum sunt etiam alii errores communes, de quibus dicemus inferius in tertio libro, ubi est de ecclesia romana et [121<sup>vb</sup>] de iuramento et potestate et huiusmodi. In hoc autem tractatu improbabimus proprios eorum errores, scilicet tres quos primo posuimus, quartus autem, scilicet de matrimonio, iam improbatum est supra in primo libro.

27. [123<sup>ra</sup>] De rebaptizatis <sup>92</sup> quorum [pro]prius est error bis baptizare. — Sequitur de rebaptizatis quorum proprius est error bis baptizare. Orta est autem heresis eorum simul cum leonistis... [123<sup>rb</sup>] Et nota quod isti re[123<sup>va</sup>]baptizati habent etiam alios errores proprios, scilicet quod non

<sup>85</sup> Cfr. note 78. Moneta, 406, 431, 433-4. Aevum 17 (1943) 119 note 2.

<sup>86</sup> ms. de Pérouse: *et*.

<sup>87</sup> ms. de Pérouse: *habeto*.

<sup>88</sup> ms. de Pérouse: *sumpserat*.

<sup>89</sup> Ce détail sur une scission survenue après 1205 (après la division entre Pauvres de Lyon et Pauvres lombards) et avant 1218 (le Rescriptum du conciliabule de Bergame de 1218 ne fait plus mention de Jean de Ronco) à l'intérieur du groupe lombard n'est pas mentionné en d'autres sources. A propos de la dénomination du groupe appelé « de prato », groupe s'approchant des Pauvres de Lyon en matière eucharistique, on serait tenté de penser à l'école vaudoise qui était située dans une prairie (pratium) aux environs de Milan. Mais on sait que cette école fut détruite par ordre de l'archevêque Philippe de Lampugnano (1196-1206). Après la réconciliation de Durand d'Osca avec l'Eglise romaine, le pape Innocent III (3 avr. 1209; Patr. lat. 216, 29; Potthast 3694; cf. J. B. Pierron, Die katholischen Armen, Freiburg 1911, 30-2) donna l'ordre de lui restituer ce terrain. Il semble donc que l'expression « de prato » désigne ici une localité.

<sup>90</sup> Voir la lettre d'Innocent III du 14 juin 1210; Migne, Patr. lat. 216, 269; Potthast n° 4014; Pierron, Die kathol. Armen, 121 ss.

<sup>91</sup> D'autres entrèrent chez les Ermites de Saint Augustin; cfr. Pierron, Die kathol. Armen, 168-170.

<sup>92</sup> D'après Etienne de Bourbon, au début du XIII<sup>e</sup> s. il y avait des membres de cette secte à Milan. Anecdotes historiques, légendes et apologues tirés du recueil inédit d'Etienne de Bourbon... par A. Lécroy de la Marche, Paris 1877, 281.

sit ieiunandum in tota vita hominis nisi per unam quadagesimam et huiusmodi similes, de quibus hic inserere non curavi. Fuerunt autem quam plures alie hereses simul exorte cum predictis, scilicet arnaldones<sup>93</sup>, corruçani<sup>94</sup>, milui<sup>95</sup>, levantes, cappelletti et huiusmodi, de quibus, quia iam temporibus nostris sunt penitus delete, non curavi cartam inutiliter occupare.

---

<sup>93</sup> Sur les Arnaldistes voir un résumé chez Ilarino da Milano, *L'eresia di Ugo Speroni*, 444-452.

<sup>94</sup> Ls ms. de Florence (94<sup>r</sup>) porte: *correçani*. — S'agit-il d'une corruption de *Runcarii*? Sur cette secte voir A. de Stefano, *Riformatori ed eretici del medioevo*, Palermo 1938, 300-3; *Aevum* 17 (1943) 99; Ilarino da Milano, *L'eresia di Ugo Speroni*, 38, 40.

<sup>95</sup> Ainsi le ms. de Florence (94<sup>r</sup>); celui de Pérouse porte: *unsui*. — La forme « milui » rappelle une forme slave (pomilui); cfr. Schmidt, *Histoire et doctrine*, II, 284.